TACHY-GRAPHIA

SIVE

Exactiſſima & compendioſiſſima breviter Scribendi methodus.

Primitus compoſita in Lingua Anglicana,

PER

THOMAM SHELTON
utiliſſimæ illius artis Authorem.

Et jam in publicum totius Europæ uſum, Latinè edocta loqui.

Tachy-graphes liber eſt parvus, ſed fructus in illo
Non parvus; parva hæc Virque Puerque pete!

LONDINI,
Excuſum pro *Gulielmo Miller*, ad inſigne Glandis deaurati, in Cæmeterio Paulino, juxta Oſtiolum Boreale, 1671.

32:16

Præfatio Candido Lectori.

QVod ab Authore multos ab hinc annos inchoatum fuerat & ab utrisque celeberrimis Academiis Anglicanis valdè approbatum, & non longo post tempore typis commissum; nunc quibusdam locis magis auctum, & linguâ latinâ donatum, & huic sæculo, & posteritati commendatur. Parvus quidem liber, sed utilitas ab eo extrahenda ingens est; quis enim non in tali sudabit arte quam tot homines didicerunt, & docti ad cœlum meritis sunt prosecuti laudibus? Ab aliis gentibus quæ linguam Anglicanam ignorabant, diu penitus hæc scientia in tenebris abscondita latuit; sed jam ad omnes pertine-

re possit, latinè docta loqui. Si quis est qui intelligit; utilitatem hujus libri ab hoc colligat, quod per hujus artis scientiam & praxin multum olei & temporis servatum est; nam una pagina sic scripta plus continet quàm in sex aliis invenire possumus. Quàm grande præterea auxilium memoriæ vacillanti adfert? per hanc etenim artem & nostros conceptus servare qui aliter evanescerent, & alienis frui honestè possumus; regulæ sunt faciles, prompta & expedita est methodus, & si ad discendum parati accedimus, nihil hic est arduum aut difficile: si cui igitur aut utilitas aut oblectamentum cordi est, hunc libellum & amet, & emat, & in memoria & praxi constantissimè teneat,

Vale.

Animad-

Animadverſio.

COgnitio præterea & praxis hujus libelli eſt valdè neceſſaria pro legatis omnibus, & publicis gentium Miniſtris, pro omnibus ſcholaſticis qui in literis Divinis vel Humanis verſantur, pro viatoribus ſive ad loca, ſive ad mores hominum breviter deſcribendos; pro mercatoribus, etiam & pro mechanicis, & teſte Seneca, *Quod omnibus prodeſt nemini nocere poteſt.*

Tachy-

Artis Tachygraphiæ Alphabetum



TACHY-GRAPHIA.

SIVE

Exactiſſima & compendioſiſſima breviter Scribendi methodus.

Ars Brevior Scribendi.

Caput primum.

ILLA quæ, in primo loco, ante omnia cognoſcenda ſunt, literæ ſunt Alphabeticæ, quæ exactiſſimè ſciri debent ſecundùm diverſas illarum figuras & proportiones, ut in pagina ſequenti ſeſe exhibendas præferunt.

Quum has literas ſcribimus, unæquæque illarum (*x* ſolummodo & *y* exemptis) in uno & eodum tractu pennæ nunquam ſublatæ a charta perficiendæ ſunt. Unus & idem character valet ad ſcribendas literas, *q*, & *u*, ratio

eſt, quia ſemper coincidunt, ubicunque enim *q* ſcribitur, litera *u* immediatè ſequitur, ut in his & omnibus illius generis vocabulis, quies, quare, quando, *&c.* Literæ omnes ita ad amuſſim ſciendæ ſunt, ut quàm exactiſſimè & promptiſſimè ab unoquoque exarandæ ſunt antequam ulterius progrediendum eſt; In his etenim cognoſcendis & ſcribendis fundamentum totius Artis ponitur.

Caput Secundum.

De duplicibus Conſonantibus.

COnſonantes ſunt, vocalium auxilio, duæ literæ Alphabeticæ in unum conjunctæ; illarum igitur cognitio non multùm Memoriæ oneroſa erit.

Obſervandum eſt quòd in his exarandis, litera ſecunda ſemper priori antecedenti annectitur, pennâ nunquam a chartâ ſublatâ, propter convenientiam ſcriptoris, & expeditionem; hoc quàm optimè in ipſiſſimis Exemplis patebit.

Caput

Duplices Consonantes

br		ln	
cl		th	
cr		mp	
fl		nd	
fr		ng	
gl		ns	
gr		nt	
pl		rd	
pr		rl	
sp		rm	
st		rn	
tr		cs	

Vocalium locus.	
b	n 
c	p 
d	t 
f	m 

Caput Tertium.

De Vocalibus.

VOcales ſimplices ſunt, *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, quæ in arte hac Tachy-graphica nunquam exprimuntur, niſi quum verbum per Vocalem incipitur, aut quum duæ vocales coeunt.

Hæ autem Vocales intelligendæ ſunt per loca quædam ſibi aſſignata, ut ſequentia hæc Exempla demonſtrabunt.

Locus vocalis hujus, *A*, ſuper literam quàm apprimè ſemper ponendus eſt.

Locus vocalis, *E*, ſuperiori ſemper cohæret Angulo literæ, dextram verſus.

Locus vocalis, *I*, medio literæ conſtanter opponitur.

Locus vocalis, *O*, eſt ſemper ad pedem literæ dextram verſus.

Locus vocalis, *V*, eſt ſubter pedem literæ. Ut in exemplo.

Characteres plani aut æquales ſic diſponendi ſunt.

Pro characteribus obliquis, hæc ſequentia ſufficient Exempla.

Alia vocalium loca quàm facillimè dignoſci poſſunt, hoc modo.

Caput

Caput Quartum.

De Vocalium uſu & de illarum locis.

REgula ſequens totum myſterium nobiliſſimæ hujus Artis continet, a lectore igitur peto ut in illius obſervatione majori diligentiâ utatur, cæteræ regulæ facilius diſcendæ ſunt.

Quandò verbum aliquod cum vocali incipit, character illius vocalis exprimendus eſt, exempli gratiâ, quum Ars ſcribimus, *A* debet exprimi; idem eſt obſervandum in omnibus illius generis vocabulis, ut, ala, enim, ita, omnia, ubi.

Quum in initio vocabuli duæ vocales junguntur, & ambæ ex neceſſe pronuntiari debent character prioris vocalis inſcribendus ſolùm eſt, & ſequens conſonans in loco alterius vocalis eſt ponenda, ut in his Exemplis, *Auris*, *Autem*, *Aula*, &c.

Quum verbum incipit cum *conſonante*, *Vocalis* ſequens, aut *vocales* ſequentes non per ſuos proprios *Characteres* exprimi debent, ſed ſubintelligendæ ſunt per loca ſua aſſignata *Conſonanti*; & literæ proximæ, aut literæ ſequentes in loco ponuntur precedentis Vocalis, Exempli gratia.

Si vocabulum *pars* ſcribi debet, in primo loco

litera

ego		boni		fora	
error		bonum		fossa	
essedo		caput		funda	
jurare		cantor		horti	
iratus		cælum		hora	
orbe		doctus		mundi	
omnia		dorsum		monte	
opera		dies		multæ	
urna		gladius		matura	
uomunt		gladio		operari	
vrinam		globum		pensa	
æneus		princeps		quæ	
ægrota		prodigus		qui	
æstimo		precepto		canto	
æstus		planeta		clima	
æstuo		spiritum		torrida	
ævum		stabuli		urna	

litera *P* ſcribenda eſt, & in loco vocalis *A* ſcribas literas *rs* disjunctas.

Si vocabulum *Bel* velis ſcribere, in primo loco ſcribe literam *B*, & in loco vocalis *E*, ſcribas *l* disjunctim.

Si monoſyllabon *Bill* ſcribendum eſt, ſcribas literam *B* in primo loco, & in loco vocalis *i*, ponatur litera *l* disjuncta, & hoc in omnibus aliis vocabulis ſecundùm ſequentia exempla obſervandum eſt.

Si ſic quandoque eveniat, ut duæ vel plures Conſonantes inter ſe invicem connexæ adhærent, nulla vocali interpoſitâ, pennâ non a charta ſublatâ, inter ſcribendum conjungendæ ſunt, ut in his exemplis, Magnus, Agnus, Afflatus, Flumen, & in ſimilibus.

Quando vocabulum concluditur cum vocali, vocalis per titulum intelligitur in loco illius conſcriptum, exempli gratia, quum me, vel te, vel ſe, ſic ſcribi debet.

Quando vocabulum, ut multa vocabula in latinâ linguâ, deſinunt in *s*, ultimæ literæ periodus ponenda eſt; ut in his verbis, bonus, facilis, vanus, doctus & in quàm plurimis aliis.

Quum verbum (ut multoties in Latinâ Linguâ evenit) deſinit in *ſt*; ſcribas ſolummodo *ſt*, et omittas vocalem *E*, ut in his verbis, *Adeſt*, *Prodeſt*, *Deeſt*, & in ſimilibus.

Caput

Caput Quintum.

De Diphthongis.

PRo diphthongis multi plura loca aſſignant quàm puris vocalibus, ſed confuſè nimis, nam nulla alia obſervanda ſunt quàm ea quæ ipſis vocalibus tribuimus.

Si duæ vocales in uno verbo ſæpius jungantur, ſonus verbi vel vocabuli uni tantùm debetur vocali, ut in his verbis, Aurum, Eurus, Euge, Aura & in ſimilibus, in quibus ſubſequens vocalis omitti poteſt.

Prima Vocalis verbum clarè ſatis pronuntiat, ſine ulla additione ſubſequentis, ut inter loquendum ab omnibus intelligi poſſit.

Sed ſi duæ vocales, una alteri, jungantur, ut ſæpiſſime in Linguâ Latinâ accidit, & neceſſe eſt ut ambæ pronuntientur (præſertim quum una vocalis, ad unam ſyllabam pertinet, & altera ad alteram) character poſterioris vocalis in loco prioris ſcribendus eſt ut in hoc verbo *poeta*, quæ——ſic ſcribi debet, & in hoc verbo *quies*, & in *Chaos* & quàm plurimis aliis.

Obſervandum eſt, quòd in Arte Tachygraphica verborum ſonis potius quam Orthographiæ ſubſerviendum eſt, in ſequentibus igitur Exemplis tota ſyllaba omittitur, ſed ita, ut nihil pene deeſt ad exprimendum verbi ſenſum.

Caput

Avarus
audeo
audio
averſus
auguſtus
aurata
aureus
aurora
aurum
auſpicium
auſterus
authenticus
authoritas
autumnus
auxilium
verſus
vertex
vertigo
verum
verus
veſper
veſtigo
veſtio
veſtis
veto

vetus	
vexo	
via	
viator	
vicia	
victor	
victoria	
video	
vidulus	
vigeo	
villosus	
victum	
vindex	
vivum	
violatio	
ver	
virgo	
visus	
vita	
vocatio	
volens	
voluptas	
vulgo	
vulnera	
vulpes	

Caput Sextum.

De Conſonantibus I, *&* U.

IN initio verbi, litera *I*, eſt ſemper Conſonans quum vocalis ſubſequitur, & in hiſce vocabulis plerumque ſonat ut litera *G*, ut per hæc Exempla patet, judex, Job, Jemma, Jus, & in ſimilibus. *V*, Conſonantis loco accipitur quando alteram Vocalem præit in eadem ſyllabâ, & ſonat perindè ut litera *F*, ut in his Vocabulis, Vectus, Veſtis, Vitrum, Valeo, Vas, *&c.*

Quando litera V eſt Coſonans, & ſic pronuntiatur, per proprium characterem exprimi debet, ſicut reliquæ literæ & Conſonantes, ſive in initio aut in medio invenitur, aut in fine Vocabuli.

Jubilum		*Junctus*		*vado*	
Judæus		*Junius*		*vador*	
judex		*Juſtitia*		*vadum*	
Judico		*vacca*		*vagor*	
jure-		*vaccera*		*vagus*	
Juſta-		*vacillo*		*valde*	

Caput

Prepositiones

Ab	⊢	circum	ϭ	liber	ϟ
ob		com	φ	mes.	⊘
ac	<	con	⊂	mis.	
ad	⊂	cor	ϰ	per	∂
af	⊂	col	⊂	par	
all	⊃	de	∂	pre	⊃
am	⊂	di		pro	
an	⊂	dis	⊃	re	∠
ap	⊃	fall	⊃	sub	∂
op		ful		sup	⊃
as	⊂	for	ε	ser	ϰ
at	⊃	un	<	sur	

Terminationes

atio	ϭ	mer	⊂	tion	ϟ
dur.	⊃	mar			
fect	⊃	nes.	⊃	tent	△
iect	⊃	us	ϭ	ture	+
ler	⊃	serue	ϭ	ver	⊔

Prepositiones				terminationes			
age / agi		fel / fil		les / lis / las		tor / tur	
ar		for		latio		vm	
au / av		ga		tes / tis		lum	
bel		glo		tus		ter	
beat		hab		nus		tas	
cap		ja		lus		pus	
car		ig		mus		rus	
cert		in		cus			
cu		la		vis		tum	
dil		le		res / ris		do	
dit		li		ſus		bo	
dom		ma		ſum		ge	
ed		na		bus		ſa	
eg		ni		dus		ta	
el		pec		rum		bi	
et		qu		ſe		bis	
ex		ra				num	
fab		ſal				mor	
		temp				mas	
						dem	

Caput Septimum.

De notis, & ſignis quæ ad initium, finemque ſpectant verborum plurium Syllabarum.

HÆ præpoſitiones in initio talium Verborum, & Terminationes in illorum fine, quum parum ad literas ſpectant, in Memoriâ fideliter ſunt tenendæ, nam in Arte Tachygraphiæ plurimi ſunt momenti; in earum uſu eædem regulæ ſunt obſervandæ, quas in prioribus annotavimus.

Si verbum incipit cum tali aliquo ſigno, character qui illi verbo pertinet exprimi debet, ſi Conſonans immediatè ſubſequitur, ſigno adjungi debet, pennâ à chartâ non ſublatâ, & litera deinde, aut literæ ſequentes ſcribendæ ſunt in vocalium loco; Exempli gratia, in hoc verbo *Condemno*, ſignum facias pro *Con*, litera *D* quæ proximè ſubſequitur quum ſit Coſonans adjungi debet ſyllabæ *Con*, & in loco E vocalis ſequentis, ſcribas *M* disjunctim.

Si ſcribere deſideres hoc verbum *Præfero*, Characterem facias pro primâ ſyllabâ *Præ* deinde literam *F* adjungas, & in loco vocalis *E* ſcribas literam *R* di-junctim, ſicut & in his vocabulis, *remitto*, *procedo*, *repello*, & in aliis

Si duo autem ſigna totum componunt vocabulum, nulla vocali interpoſita, ambo conjungi debent ſicut in his vocabulis, *Refero*, *Remitto*, *Projicio*.

Si ſignum autem habeas ad verbum incipiendum, & ſigno careas ad verbum finiendum vel concludendum, finiri debet cum literis Alphabeti, ut in his vocabulis *permitto*, *ſuffer*.

Sin autem nota, vel ſignum verbum concludit, verbum incipiendum eſt cum literis Alphabeti, ut in his verbis, pater, frater, mater & ſimilibus.

Si vocalis autem immedat è ſequitur ſignum, aut conſonantem in prima verbi ſyllabâ, litera aut ſignum ſubſequens vocali, disjunctim poni debet in loco vocalis ut in his vocabulis, demens, potens, valens, carens, & in ſimilibus.

Caput

Caput Octavum.

Directiones quomodo præfata ſigna ſunt facienda & quomodo vocales in verbis plurium ſyllabarum ſunt ponendæ.

PRimum Characteres in exarando ita ſunt incipiendi & conficiendi, ut nunquam penna a charta ſublevanda ſit, niſi in illis, quæ aliter fieri nequeunt.

In ſecundo loco obſervandum eſt, quod hi Characteres ita plerumque facti ſunt ut dextram verſus ſemper finiendi reſtant, et tali modo ut litera proxima adjungatur, ſi tamen adjungenda ſit.

Tertio; proximum ſignum, aut proxima Conſonans adjungenda ſemper eſt, ubi pennam a priori abſtuleris.

Quarto; In verbis plurium ſyllabarum vocales ponendæ ſunt in ultima fere litera, præſertim ſi vocabulum in directâ lineâ progreditur, ut in his vocabulis, *contemnit*, *dignatur*.

Quinto illa ſigna, quæ ad finienda verba ſpectant incipientia cum vocali, pro majori parte admiſci debent priori ſigno, aut characteri, ut in his verbis, *Natio*, *prodigus*, *pervicax*.

Hoc autem non fit, ſi altera vocalis directè antecedit, & tunc ſignum disjunctim ponendum eſt prioris vocalis loco, ut in his verbis, *Deus*, *pius*, *reus*, &c.

Caput

Caput Nonum.

De Characteribus qui ſibi ſunt ſimiles.

UNius Character ſæpe pro duabus rebus ponitur, & hoc non impedimentum ſed potius adjumentum diſcenti eſt, nam in verborum ſenſu facillimè diſtingui poteſt; quum hi Characteres per ſe proſtant pro totis ponuntur verbis, ſed quum aliis ſignis aut litteris junguntur, partem tantùm vocabuli ſignificant.

Caput Decimum.

Exempla verborum conſcripta cum ſignis, pro nominibus librorum in ſacris Bibliis.

NOmina librorum veteris Teſtamenti ſunt plerumque merè Græca vel Hebraica, & facillimè per ſe dignoſci poſſunt; ut Geneſis, Exodus, *&c.* Signa autem vel characteres librorum novi Teſtamenti in lingua latina ſic ſe habent.

Evangelium ſecundum Mathæum, Marcum, Lucam, Johannem; Acta Apoſtolorum, Epiſtola ad Romanos, Corinthios, Galatas, Epheſos, Philippenſes, Coloſſienſes, Theſſaloni-

lonicenſes, Timotheum, Titum, Philemonem, Jacobum, Petrum, Judam, Apocalypſis, ſive Revelatio.

Caput Undecimum.

De modo ſcribendi tria vel quatuor vocabula in uno Charactere.

Quandoque tria vel quatuor vocabula in unius fermè characteris forma conjungi poſſunt, præſertim ſi vocabulum cum vocali incipit, aut quum verbum antecedens in vocalem definit, regulis etenim hujus artis omnia verba conſcribi poſſunt eadem promptitudine ac celeritate qua pronunciantur.

---

nem,
, ſive

ula in

la in
jungi
vocali
voca-
omnia
udine

Caput

Exempla verboum prioribus ſignis conscriptorum

Rebellis		placabils	
realitas		horribilis	
ſublimis		vocatio	
ſuborno		ſcituatio	
ſuffragium		concipio	
ſufficiens		felicitas	
ſupplio		aduerſitas	
ſupporto		defectus	
permiſſio		circumferentia	
peregrinus		mortificatio	
ſermo		ira	
ſeraphin		ſubjectus	
ſalmum		inſtitutum	
ſaluto		templum	
temptatio		excellens	
temporalis		informator	
tranſfero		grāmatica	
tranſigo		parliam:tum	
vniformis		aptitudo	
vrgeo		promptitudo	
vber		miraculoſus	
vrſus		pins	
vdus		conſentio	
durabilis		innocens	

Exempla verborum prioribus signis conscriptorum

Abstinere		colchester	
abolio		colledgium	
obligatio		demeritum	
obediens		deifico	
acclamatio		diuerto	
accuso		dialogus	
additio		distantia	
admitto		dissimulo	
affirmo		fulgentius	
approbo		fulmen	
ambor		furor	
amiabilis		facio	
annotatio		imputatio	
appositio		immoderatus	
aspiratio		libertas	
assumo		liberalis	
atlas		mare	
adornatus		melior	
circumvenio		magnus	
compositio		mysterium	
commendatio		pretendo	
condemno		paradisus	
connecto		præexistens	
cormorans		propheta	

Caput Duodecimum.

De uſu punctorum in arte Tachy-graphica.

QUamvis illi qui in hoc ſcribendi genere ad culmen totius artis evaſêre, nullis punctorum adminiculis indigent, incipientium tamen gratiâ hæc ſequentia rudimenta non intempeſtivè addenda cenſui.

In fine cujuſlibet ſententiæ periodus ordinaria ponenda eſt hoc modo (.) ſed quia quandam ſimilitudinem habet alteris characteris, ſit aliquod ſpatium & ante & poſt periodum, aut ſub linea ponatur.

Modus interrogandi ſecundum uſitatam formam exprimi poſſit hoc modo (?) parentheſes etiam duobus ſemicirculis exprimendæ ſunt, ſic ( ) Quatenus ad Comma, vel Colon, vel Semicolon, nullius prorſus ſunt uſus in arte Tachy-graphica.

Illi autem quibus animus & deſiderium eſt exſcribere vetus vel novum Teſtamentum, ad diſtinguendos verſus in unoquoque capite, hoc utantur ſigno .·.

Caput Decimum Tertium.

Regulæ generales obſervandæ in hujus Artis praxi.

FInis principalis hujus artis breviter ſcribendi, eſt multa ſcribere in brevi ſpatio, & brevi tempore, non neceſſarium igitur eſt in unoquoque vocabulo unamquamque literam exprimere, ſed tot tantùm ut vocabuli ſenſus intelligi poſſit, reliquæ ut ſuperfluæ ſunt omittendæ.

Quandoque duæ vel plures literæ omitti poſſunt, ut *Ch*, in vocabulo ſchiſma, & ſic de aliis vocabulis.

Quandoque tota ſyllaba in hac arte Tachygraphiæ negligenda eſt, exempli gratia, pro vehemens, vemens, pro Abraham, Abram, ſcribere poſſumus.

Quandoque in fine vocabuli longioris, duæ vel tres ſyllabæ omitti poſſunt ſine ullo lectoris impedimento, ſic pro incomprehenſibilis ſcribimus incompr. pro abhominabilis ſcribimus abomin. & pro tranſubſtantiatione tranſubſt.

Quandoque in initio vocabuli litera una vel altera adimi poteſt, ſic pro extendo poſſumus ſcribere xtendo, pro exemplum xempl. pro Emphaſis mfacis, & in ſimilibus.

Quan-

Quandoque duo vel tria vocabula in hac arte non ineptè conjungi possunt, & quandoque in quibusdam sententiis, etiam & integra verba omitti possunt, ut timor Domini initium sapientiæ.

Multi sũt qui per has directiones plurimum fructum accepêre: illi qui hanc artem sibi utilem esse velint, debent esse providi in vocabulis omittendis, ne cum omissione vocabuli, etiam & sensum authoris destruant; nam si aliquod principale vocabulum omissum fuerit, sensus defectum patietur & adjumentum impedimentum fiet.

Multæ aliæ instructiones addi possunt, sed collegi potius vocabulorum varietatem, ne nimis onerosa hæc ars, & difficilis discentibus videretur; & in pluribus exemplis regulæ sunt intermixtæ ut per exactissimas abbreviationis regulas methodus & facilior & placentior redderetur.

Verborum primum Exemplum secundum regulam

Deus		lux	
æterno		in acceſſa	
eſſentia		et tamen	
unus		omnia	
hipoſtaſi		in omnibus	
trinus		ubique	
voluntate		et nullibi	
ſanctus		ſummum	
juſtus		bonum	
verax		fons	
potentia		ſolus	
maximus		mundum	
bonitate		ut creator	
optimus		ita gubernator	
ſapientia		et conſervator	
immenſus			

Verborum Secundum Exemplum

Cælum		montes	
habet		ſylvas	
ignem		campos	
et ſtellas		animalia	
nubes		homines	
pendent		ita	
in aere		ſunt	
aves		plena	
volant		habitatoribus	
ſub		ſuis	
nubibus		quatuor	
piſces		elementa	
natant		mundi	
in aqua		maxima	
terra		corpora	
habet			

Verborum tertium Exemplum			
Diem		floribus	
nox		herbis	
veſperi		metalla	
aurora		lapides	
fumus		minerela	
ventus		auro	
aura		coronatos	
flumine		magnes	
mare		gemmæ	
vapor		adamas	
pluvia		rubinus	
grando		ſapphirus	
nix		ſmaragdus	
fulgure		margarita	
ſylvæ		corallia	
gramina		cryſtatto	

Verborum quartum Exemplum

caput		ſomnus	
pedes		anima	
dorſum		voluntate	
venter		animo	
crus		ſpes	
ſolum		timor	
manus		amor	
corpore		gaudium	
caro		ira	
oculus		dolor	
auris		error	
naſus		ſuſpicio	
lingua		opinio	
phantaſia		monſtroſi	
memoria		deformes	
oblivio		gigas	

Quintum Verborum Exemplum

lepus		ſalmo	
talpa		homo	
leo		nulier	
vrſus		diabola	
vulpes		ſerpentis	
coluber		paradiſo	
vipera		infans	
aſpis		puer	
draco		adoleſcens	
ſcorpius		iuvenis	
formica		vir	
cochlea		ſenex	
buſona		ſilicirnium	
carpio		puela	
balæna		virgo	
delphinus		vetula	

Sextum Verborum Exemplum

gallus		canis	
gallina		felis	
columbæ		taurus	
ciconia		vacca	
passer		aries	
pica		ouis	
coturnix		agno	
noctua		hircus	
perdix		porcus	
grus		asinus	
turtur		mulus	
aquila		equus	
anser		camelus	
anas		elephas	
pelecanũ		cervus	
apis		aper	

Verborum ſeptimum Exemplum

Arbor		tulipa	
ſemine		cepa	
radix		ſiſer	
medullam		rapa	
poma		triticum	
malum		ſiligo	
pyrum		hordeum	
prunum		avena	
morum		piſum	
laurus		cicera	
viola		arundo	
lilia		racemos	
roſa		animal	
ſerta		avis	
ſervia		ovium	
hyſſopus		vitellus	

De rebus in urbe & Regione.

URbs munitur mœniis
nec non vallo & foſſa
porta habet valvas
abhinc eunt plateæ
in foro ſolent eſſe ciſterna
Ædificia ſunt publica aut privata
(nam quod non uni proprium, eſt commune)
cives & incolæ incolunt civitatem
ruſtici habitant in pago
vicini in eodem vico
in curia congregatur ſenatus
conſul præcedit, ſenatores ſequuntur
judex (prætor) judicat lites
actor accuſat ſontem criminis
reus ſe accuſat
teſtis jurat & teſtatur
lictor ligat
& ducit in carcerem

carnifex occidit & ſuſpendit
tabellarius fert literas (Epiſtolam) cera & ſigillo obſignatas
nuncius nunciat ore tenus
templum eſt ſacer locus
caupona profanus
ædituus pulſat campanas
populus coit in æde, exercet religionem
in cætu canuntur pſalmi & hymni
dei verbum prædicatur, ſacramenta adminiſtrantur
preces peraguntur devote
feſta celebrantur feſtive
magiſtratus eſt neceſſarius
ut rex in regno regnet
dominus domi dominatur
qui imperant ſint clementes
qui parent obſequentes
herus probus probatur ſicut & fidus ſubditus
princeps eſt minor atque dux comes major quam baro
nobilis eques inſignibus donatus
pax eſt prorſus optanda
bellum eſt perniciоſum



nisi quum hostis arcendus est



milites merent stipendia



quum præliantur & pugnant



tubæ clangunt tympana sonant



ex arcubus jaciunt sagittas

gladiis dimicant



armis se defendunt



tormentis arces expugnant



revertuntur cum victoria



FINIS.